eorumq posteris ob non statutionem suprascriptae Gnosae
Mariannae Gumieniecka Consortis suae Statuendae vel in
euentu mortis successorum illius pro tempore et loco supe
rius expressis ad soluendum succumbendo. pro quo quidem
Vadio modo praemisso ad soluendum succubito ac pro re aliqua
principali ex praemissis non completa complenda. Citatusq
existens memoratus Gnosus Remigianus de Rzeplin
Woiakowski Subdapifer Terrae Premysliensis siue illius
successores ad Instantiam praefatorum Gnosorum Zophiae
Jelcowna Woiakowska et Joannis Grabia, siue eorum
successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premysliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respon
dendum spectat mediante semper in primo Citationis
Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere re
spondere Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satis
facere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur
seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obli
gat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Ter
minos semper peremptorios extra infirmitate pro ma
iori minorennitate successorum legatione intra vel extra
Regnum seruitio militari, ad munimenta ad Euictorem
vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimen
tis non differendo, ad quietationem praeterea extra pro
ximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis
Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq
motiones appellationes ac earum prosecutiones fa
ciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multipli
catis Euasionibus suspensionibus fatalis Juris praescri
ptione Terrae bello conuentioneq ac alijs omnibus Juris
remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio
quouis euadendo stat sua praesenti personali Recognitione
ad praemissa omnia mediante.

Woiakowski Stawskie Obligat.

402.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premysliensi Generosus Joannes in Rzeplin Woiakowski Rothmagister Sacrae Regiae Maiestatis Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriys et competentibus recedendo praesenti vero Castren. Capitaneal. Premysliensi

966 Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus Bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet totam et integram Villam Iankowice in Palatinatu Russiae Terra vero et Districtu praesenti Premysliensi iacen. et Consisten. Cum omni priusorum Iure Dominio proprietate titulog obligatorio, cum omnibus et singulis eorundem bonorum Vtilitatibus, fructibus, prouentibus reditibus commodis, emolumentis obuentionibus tum agris pratis Campis pascuis siluis bois gays nemoribus indaginibus rubetis Vepretibus mericis, Villagiis, hortis, pomarys, apisterys apum Mellificys structuris aedificys quibusuis Tabernis, molendinis horreis holodys granarys stagnis magnis et paruis, piscinis piscinulis lacubus, paludibus fluuiis, fluminibus torrentibus aquis aquarum decursibus riuis riuulis nec non Subortis Cmetonibus hortulanis, Inquilinis, eorumq laboribus, Censibus dationibus, Vectiuis munys obsequysq quibusuis attinentysq et pertinentys generaliter Vniuersis nihil expraemissis Iuris Dominy proprietatis ac cuiusuis competentiae et Prorogatiuae pro se Recognoscens suisq Successoribus, aut quopiam alio reseruando et excipiendo Verum ita late longe circumferentialiterq prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis, et limitibus ab antiquo extendit et protendit prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumq concernebant, ac eidem legitime seruiebant, Iam exnunc et defacto Generoso Nicolao Stawski Dapifero

Terrae Sanocens et ipsius successoribus in Summa Sexdecem Millium florens polon iam per se Recognoscentem levata et realiter percepta de qua praesentibus quietat hinc et ab actu praesenti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post Triennium proxime venturum incidens et indefectu protunc eorundem bonorum Exemptionis summaeque memoratae Sexdecem Millium florens polon totalis et integrae realis persolutionis extunc de Triennio ad Triennium festo ad festum pro simili die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se determinante Trienniis et festis se se continue et immediate sequentibus usque ad exemptionem bonorum eorundem summaeque memoratae totalis et integrae realem et effectualem persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit, prout obligat inscribit et invadiat praesens. In quae quidem bona supra scripta praemissaque omnia praesens per se Recognoscens obligata et invadiata, iam ex nunc et de facto, iis idem Recognoscens praefato obligatario suo, ipsius posteris, coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et Actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit officiose acceptans per ipsum obligatarium suum ipsiusque posteros haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus invadiata, cum universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice Utifruendi, ac ad Usus suos, suorumque successorum, quosuis beneplaticos libere et effectualiter convertendi, modo ac iure obligatorio. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis eidem suprascripto obligatario suo ipsiusque posteris inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius successores in dictis bonis praemissisque omnibus praesens per se Recognoscens

in Vadiatis, et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunq personarum cuiq cunq Conditionis status et sexus cuiusuis existentium exoriunda, in omni iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere, euincere, intercedere, et eliberare, indemnesq cum posteris reddere nec non haec eadem bona suprascripta, praemissaq omnia praesentes per se Recognoscentes obligata et inuadiata, ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus sup praemissa omnia modo quouis cuicunq personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus in eadem bona suprascripta modo quocunq importatis et importandis Luciis denique et perlucris processibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis bonis praesentibus obligatis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum eorundem praesentes inuadiatorum dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere dataq et admissa eadem possessionem et Vsumfructum praemissorum omnium praesentibus inuadiatorum quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsumq obligatarium suum, et illius posteros in praemissis omnibus praesentes obligatis, nullo modo iniuriari, ita vt haec eadem bona suprascripta praemissaq omnia praesentibus inVadiata idem obligatarius suus cum suis posteris, quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae Vigore, tenere habere et possidere queat, illisq Vtifrui possit, Vsq ad exemptionem bonorum suprascriptorum summaeq memoratae totalis et integrae realem ac effectiualem persolutionem

Reg sub Vadio summae sexdecem Millium florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem sive eius posteros suprascripto obligatario suo Vipsiusque successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto totiesque quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus ex parte memoratus Recognoscens Generosus Ioannes in Rzeplin Cwiatkowski Rothmagister Sacrae Regiae Maiestatis sive eius successores ad instantiam praefati Generosi Nicolai Stawski Dapiferi Terrae Sanocensis obligatarii sui, vel eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare sui parere respondere Vadium praefatum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebit seque ad suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos, semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrae bello conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Idem mutuo inter se Roborant.